



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ethices Christianae, Libri Tres

Daneau, Lambert

Genevæ, 1579

Cap. III. Methodus & partitio futuræ disputationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41242

hæ animorum nostrorum , quanquam vitiosæ, commotiones, non est(ut ipsi aiunt) in nostra potestate situm. Denique nihil eorum, quæ ad idolorum. i.falsorum deorum cultum , quæ ad infidelitatem, quæ ad diffidētiā nostrā, quæ ad primā legis diuinæ tabulam pertinent, illi fugiendum homini sapienti putant. In quibus tamen omnibus scelera vel maxima versantur, adeò ut minutulam quādam virtutum & vitiorum partem gustasse potius, quām cognouisse videantur. At eadem illa omnia ab vtrisque vel nō intellecta, vel contempta Christiani Theologī, & cognouerunt, & ex Dei verbo verissimē definierunt. Sed de differentia quidē Christianæ Ethices à Profana siue Philosophica, itēque Politica siue Legislatorum præceptis, hæc dicta sint.



CAP. III.

Methodus & partitio futuræ
disputationis.

ET HIC A M igitur Christianā ab vtrorumque cognitione & ratione diuersam, Deo dante, scripturi, alia quoque via progrediendum arbitramur, quām ipsi fecerint. Quanquam inter eos ipsos non vna semper fuit omnium methodus, & præcepta de virtutibus tradendi ratio. Nam eorū alij à definitione summi illius boni, quam *Eudaimonia* vocant, tanquā ab ipso capite & primo huius cognitionis fonte disputatio-

Cap.3. E T H I C . C H R I S T .

ne ordiuntur:aliꝫ à virtutibus ipſis rem totā inchoare malunt:aliꝫ ab ipſius hominis conſideratione,earūmque partium , quibus præcipuis conſtat,nimirum animo & corpore,vt ecquod proprium hominis,vtraque illa natura conſtantis , atque ſummu[m] bonu[m] eſſe poſſit, commodi[u]s explicetur. Nos verò,quæ ad Dei verbum aptiſſima & conuenientiſſima ratio viſa eſt , eam hoc loco & tempore ſequimur. Itaque tria p[re]ſertim in tota hac quæſtione,& tractatione versari nobis videntur , tanquam præcipua totius huius argumenti & ſcientiæ capita.

1 Primum quidem,vt diſputetur de huma[narum] actionum Principijs & cauſis.

2 Secundum , de humanarum actionum regendarum & recte instituendarum norma & præceptis.

3 Tertium,de varijs virtutum,quæ ſunt actionum noſtrarum recte instituendarum norma,nominibus,itēmque varia vitiorum appellatione,& natura. Quæ tria postquam expoſuerimus , vniuersam Ethices Christianæ vim & tractationem, quæ modō nobis vſum aliquem afferre potest , abſoluiffe videbimur. A primo autem capite(prius Deum per Chriſtum precati , vt ipſe , qui nos hæc ſacro ſuo verbo docuit, Sancto ſuo ſpiritu nos in toto hoc opere ſcribendo dirigat) ſic dicimus orientes.

C A P .